a/ accessit 2

electoni dictus Henricus archiepiscopus ~~coronavit~~ consecravit a/ eumdem Fredericum electum in Bunna in romanorum regem coronavit. Nam propter resistenciam principum, qui parti Ludowici, ducis Bavarie, similiter electi favebant, ipse suum electum, dictum Fredericum Aquigrani non potuit coronare. Alter scilicet Ludowicus predictus Aquigrani in oppido regio per Balduinum archiepiscopum Treverensem extitit coronatus. Idem quoque Henricus Coloniensis archiepiscopus, vir grandevus utpote sue promocionis tempore sexagenarius, animo tamen et viribus non deficiens, contra inimicos ecclesie frequenter guerras gerens, presertim contra Gerardum comitem Juliacensem, adversus comitem de Marka nec non ceteros nobiles Westphalie atque potentes, et presertim contra civitatem coloniensem, adversusque comitem Clivensem, per totum quasi sue vite decursum, per varia bellorum discrimina fortiter decertavit. Sua quidem temperitate cives Coloniensis ecclesie semper adversantes, capta opportunitate tempore presertim propter potentiam dicti Ludowici IV Imperatoris, qui contra Fredericum suum electum ~~[illegible]~~ iam prevaluerat, eiusdem freti titulo, confederatis sibi multis principibus, videlicet Johanne rege Bohemie, ~~[illegible]~~ Wilhelmo, comite Hollandie, Johanne de Hannonia eiusdem fratre, Gerardo comite Juliacensi, Adolpho comite de monte, Johanne comite Seynensi, et Engelberto comite de Marka cum multis aliis. Post multas ~~[illegible]~~ fatigationes guerrarum cum dominis archiepiscopum continue lacessitum ad ultimum in visceribus aggrediendo, cum dictorum omnium confederatorum auxilio castrum Bruele valida obsidione cinxerunt. Sed cum ipsi dictum castrum per quatuor fere menses obsedissent, propter loci vero municionum in dicti Archiepiscopi partem resistenciam in captione castri proficere non valuissent, intervenientibus tandem pactis ut obsidione dicti castri sua frustati intencione vacui recesserunt. Porro in hijs adversarum rerum angustiis statu dicti archiepiscopi continuo fluctuante, ipse tamen semper gerens animum elevatum, quamvis propter adversitates guerrarum pecuniis et rebus necessariis fuisset exhaustus, ipse nobilem possessionem, videlicet castrum et comitatum Hilderade, ad usum et firmamentum ecclesie magnis pecuniis comparavit. Sed veram dictam pecuniam emptionis dicti allodii, ecclesie collegiate Coloniensi et abbacie et totus clerus coloniensis de suo quasi totaliter persolverunt. Nam maxima pars possessionum, decimarum et rectus dictarum ecclesiarum Coloniensium et cleri infra districtum et fines dicti comi-

F/ Wilhelmo comite Hollandie, Johanne de Hannonia ~~per nomine~~ supplesti

a/ ~~[illegible]~~

a/ de

b/ d

13

a/ i.e. revera.